

TABULA XX. DE EODEM ET DIVERSO.

I. Quod *IDEM* formaliter *negationem divisionis* importet, pariter ac *UNUM*. Differunt autem, ut relativum quid & absolutum. (α) *UNUM* enim dicimus, quod *in se indivisum est*, sine relatione ad alterum, sicut lignum continuitate est unum, quod non est fissum. Sed *IDEM* dicimus, quod *non est divisum, aut diversum ab altero, aut quasi altero*. Adeoque negationi divisionis relationem superaddit, si non *ad alterum simpliciter*, tamen *ad quasi alterum*. Nam & *sibi ipsi idem* aliquid dicitur, dum bis sumtum *ad seipsum*, quasi ad *alterum* comparatur, veluti cū *Socrates esse Socrates* dicitur. Quæ etsi relatio tantum *rationis* est, ad formalem tamen identitatis rationem omninò sufficit. Unde quæcunque de *UNO* dicta sunt supra, huic quoque de *Identitate* tractationi quadrant, & facillè aptari possunt.

II. *DEFINITIO: IDENTITAS* est *convenientia plurium in aliquò tertio*: v. gr. Brutum & homo eadem dicuntur, quia genere conveniunt.

IDEM, ubi notari debet

Per accidens. Eadem per accidens sunt, quorū unū prædicatur de altero, sed in nullò modò *PER SE*. Suntque ex

*SIMPLICI-
BUS*, eadem

- I. *Duo accidentia*, quatenus eidem subjecto insunt, ut Musicum & album, si quis simul sit Musicus & albus.
- II. *Subjectum & Accidens*, quando hoc de illo prædicatur, ut homo & Musicus, si homo sit & esse dicatur Musicus.
- III. *Accidens & Subjectum*, quando rursus hoc de illo dicitur, ut Musicus & homo, si Musicum esse hominem dicas.

*COMPOSI-
TIS*, eadem

- I. *Subjectum cum accidente compositum, & subjectum vel accidens simpliciter*; puta cum alterum horum simplicium de illo compositò prædicatur, ut homo Musicus & homo, vel homo Musicus & Musicus.
- II. *Subjectum vel accidens simpliciter, & subjectum cum accidente compositum*; scilicet cū hoc de altero illorum simplicium dicitur, ut homo & Musicus homo, vel Musicus & homo Musicus.

III. Dicuntur *EAD-
DEM* vel (β)

Enti ratione unitatis competit, ut sit vel

Per se, quorū (γ) una est substantia

I. *NUMERICA*, quæ Identitatis species quidem est impropriè & non nisi negativè Identitas, quia est in unicâ re, identitas verò propriè dicta est inter plura: *Idem ergò numero est, quod non plura individua continet*. Ad identitatem verò Numericam referunt, quando eadem numero res in diversò statu ac respectu secum ipsâ comparatur, hinc Eadem numero dicuntur

- I. *MAXIME PROPRIE*, cum duo nomina idem significant, ut ensis & gladius, vel cum definitum & definitio idem dicuntur, ut homo & animal rationale.
- II. *Cum Propria cum subjecto idem dicuntur*, ut homo & susceptivum disciplinæ.
- III. *Cum accidentium ratione idem dicuntur*, ut sedens & Socrates, si Socrates sedeat, & si qui sunt modi plures.

- II. *SPECIFICA*, quæ convenientia est quoad totam essentiam seu definitionem, qualem habent Petrus & Paulus.
- III. *GENERICA*, quando genere conveniunt eoque vel proximò, ut homo & brutum; vel remotò, ut homo & Angelus.
- III. *ANALOGICA*, quando quidem & horum, quæ sunt eadem analogiâ, una est substantia secundum rationem analogicam. Hòc modò eadem sunt, v. gr. *os animalis & radix arboris*. Videtur verò analogia nihil aliud esse, quàm similitudo duplicata.

EAD-DEM sunt, quorum est una substantia.

IV. *Idem cognata sunt* (δ) similia & æqualia. Quæ *Aristot. l. V. Met. c. XV.* ita distingvit; nempe

SIMILIA apud Philosophum nunciantur

Strictius, quorum una est qualitas non una numero, sive specie subalternâ, sed specie specialissimâ: ut nix & cerussa ratione albedinis. Et sic dicuntur

Quæ idem passa sunt, ut qui æquè febrî laborant, qui febrî contractum pallorem æquè ostentant.

A

B

C

D

L 2

Quæ